













VITA M. TVLLII CICERONIS IN ANNOS DISTINCTA, AC IN EPITOMEN SECVNDVM artem Mnemonicam redacta.

A D. I. PAËPP GALBAICO.

CVI ADIVNCTI SVNT Catalogi Pontificum & Imperatorum à mendis purgati, qui Typographorum incuriâ in Schenckelio detecto irrepserant.



LVGDVNI,
Sumptibus Auctoris: & venundantur
Apud Bartholomæum Vincentium.

Cum Priuilegio Cæsareo, & Gall. Regis.







VITA M. TVLLII CICERONIS.

I. ANno post Romam conditam 647. Ante Christum natum 103. ante diem 3. Nonas Ianuarij M. Cicero natus est. Patre M. Cicerone ex regio Volscorum genere, Matre Heluia, quæ ipsum sine dolore genuisse dicitur. hoc eodem anno Cn. Pompeius pridie Kal. Octobris natus.

II. Ciceronis anno, Consul fuit P. Rutilius Stoicus, homo doctissimus, & Panætij auditor.

III. Consul C. Marius, Kal. Ianuar. de Iugurtha triumphauit.

IV. Tertiũ C. Marius Consul, vt Sacerdotes, quos antea collegæ sufficiebãt populus crearet, legem pronunciauit.

V. IV. Consul C. Marius Teutonos deleuit. Archias Poëta Romam venit.

VI. V. C. Marius Cimbros in Vene-

tia vicit, Gallos repressit.

VII. L. Appuleius Saturninus Trib. legem agrariam per vim tulit.

VIII. Sextus Titius cùm repugnantibus collegis, de agris diuidendis populo pertinaciter legem ferret: corui duo numero in altum volantes, ita pugnauerunt per concionem, vt rostris vnguibusque lacerarentur.

IX. Lex Cæcilia Didia, ne diuersis de rebus lex ferretur, & vt trinundino promulgarentur lata est.

X. Ciceronis ætatis anno; Antonius Censor Imperatoriis manubiis rostra ornauit.

XI. Ptolemæus Rex Cynerarum testamẽto Pop. Romanum hęredem reliquit.

XII. Legem tulerunt, non licere, non ciuem, pro ciue, esse ciuem.

XIII. C. Cælius Caldus Consul crudelitatis exemplum in pastorem edidit.

XIV. Consul M. Herennius inter mediocres oratores numeratus.

XV. Hoc anno celebris causa de testamento Coponij acta est.

XVI. Propter ingenij & doctrinæ laudem ita omnibus admirationi fuit, vt & parentes condiscipulorum visendi gratia

gratia ad ſe traheret, multumque carus eſſet, de quo Ouidius lib. 5. Faſtorum. Pōtium Glaucum tetrametis compoſuit.

XVII. Marſicum bellum exortum eſt, ex quo lex Varia exordium ſumpſit. Arati carmina de cœlo ſtelliſque conuertit, & multa alia.

XVIII. Ante biennium aſſumpta virili toga, à patre deductus fuerat ad Q. Mutium Augurem, vt à ſenis latere nunquam recederet, quo mortuo Scœuolæ Pontifici ſe tradidit. Cic. ſub Sylla militauit.

XIX. Bellum Mithridaticum Rex Ponti excitat, tum Cic. C. Marium in paludibus iacentem vidit; vna Epiſtola, vnoque die multorum Romanorum mors Romam allata eſt. Philonem Academicum audit.

XX. Ciceronis anno. Cinna à Cn. Octauio vrbe pulſus. Moloni Rhodio Romæ dat operam. Cōmentarios Rhetoricos inchoatos & rudes edidit.

XXI. C. Marius ſepties conſul multis ſceleribus editis, vita diſceſſit.

XXII. & XXIII. Iidem conſules fuêre, Diodoto Stoico Cæco in dialecticis operam nauat. Se ſtrenuè & in Græ-

cis & Latinis declamandis exercet, præsente M.Pisone ac Q. Pompeio. Xenophontis Oeconomicum latinitate donauit.

XXIV. Hoc difficili anno Cn.Pompeius adolescentulus priuatus, exercitum confecit, & rem Reipublicæ optimè ductu suo gessit. Scipio in exilium missus, tumultus de recuperanda Rep. ortus, de quo hic in Bruto. Capitolium incensum est in Catil. 3.

XXV. L. Damasipsus Prætor ex voluntate Caij Marij consulis omnem nobilitatem Romanam trucidauit. Sulla (fuso Carbonis exercitu) in vrbem venit, cuius crudelitas immanis in ciues extitit. Mithridaticũ bellum resuscitatur.

XXVI. Ad causas & priuatas & publicas adire cœpit. Quintium defendit Cn. Pomp. ex Africa exercitum triumphans reportauit.

†XXVII. Sext. Rossium parricidij reum defendit. Mitylenæ in Asia expugnatæ. Iul. Cæsar corona ciuica donatus est.

XXVIII. Arretinæ mulieris libertatem contra Cottam defendit. Ac propter infirmitatem Athenas proficiscitur. Antiocho homini prope Stoico operam dat.

dat in Philoſophicis.

XXIX. Sulla moritur. Cic. Rhodum, vt à Molono inſtituatur, proficiſcitur. Poſſidonium audit in Philoſophicis.

XXX. Ciceronis anno. Pompeius eques contra Sertorianum exercitum mittitur, quo in Hiſpaniam repulſo, Galliam recuperat. Cic. cùm Delphis Apollinem conſuluiſſet, quî ad honores pertingere poſſet, hoc reſponſum accepiſſe fertur, *Suam naturam non multitudinis opinionem ducem vitæ ſequeretur.* Ex Græcia Romam corpore valentiori reuertit. timidè ac quietè viuit, græculus atque otioſus per contemptum paſſim nominatur.

XXXI. Peractis multorum nobilium cauſis Quæſtor creatur. Orationem pro Q. Roſcio Comœdo quam fictam putant habuit. Sucronenſe & Durinenſe maxima prælia à Pompeio in Hiſpania commiſſa.

XXXII. Fuit Quæſtor Siciliæ Lylibetanus non Syracuſanus, quo officio ita functus eſt in mittendo Romanis alimentum, vt dignus habitus ſit qui ad maiora proueheretur. 2. & 7. in Verrem.

XXXIII. Annuo munere Quæſturæ expleto ex Sicilia maturior, vt ait in Bru-

ro, discessit. Metellus & Pompeius in Hisp. ab oppugnatione Calagurij oppidi depulsi: prior in Hispania, alter in Gallia hyemauit,

XXXIV. Duce Spartiaco à gladiatoribus bellum excitatum est, quod Seruile dicitur. L. Lucullus Consul ad Corcyram vrbem exercitum Mithridatis, ferro fameque deleuit.

XXXV. Lucullus Mithridatem persecutus Pontum, Romanis adhuc clausum, patefecit.

XXXVI. Confecto bello Seruili, ouans vrbem M. Crassus ingreditur. Pompeius exercitum ex Hisp. reduxit ac triumphat.

XXXVII. Pompeius ante ætatem Consul factus. Cic. ędilitatem petit. Orationem habuit nec Hortensio defensori Verr. tempus dicēdi dedit. Luc. Aurelius Cotta Prætor legem tulit, vt Senatores, cum Equitibus, ac Tribunis, iudicarent.

XXXVIII. Ædilis Curulis factus, Ioui, Iunoni, Mineruæque ludos fecit. pro Fonteio dixisse videtur.

XXXIX. P. Clodius Luculli exercitum in Nisibis vrbis obsidione sollicitauit, scripsit epistol. 4. ad Atticum secundum

dum Manutium.

XL. anno. Cicero Prætor primus ex 8. qui eligi ſolebant eſt pronunciatus. Romani, Luc.Lucullo legato, à Mithridate cœſi, Centuriones 140. Tribuni 24. Pompeius ex l. Gabinia bellum piraticum ſuſcepit, ac confecit. Lex Roſſia quę aliàs dicitur Calphurnia lata eſt: vt Equitibus Romanis quatuordecim ordines ſpectandi gratia in theatro darentur.

XLI. Pro lege Manilia vt Pompeius dux crearetur dixit. A. Cluentius Acutus veneficij accuſatus, à Cic. defenditur. Pro M. Fundanio & Q. Gallio dixiſſe, ac ſcholam M. Antonij Guiphonis frequentaſſe putatur.

XLII. C. Cornelium de maieſtate quatriduò defendit, Turres in Capitolio fulmine percuſſæ, ſimulacra Deorum & ipſius Romuli concuſſa. Lex Papia lata, ne quis peregrinus in vrbe moraretur.

XLIII. Conſulatũ prenſat. Contra coitionem Catilinæ (in Senatu ſurgens candida toga quâ indui ſolebant conſulatum ambientes) dixit.

XLIV. M. Tullius Cicero Conſul crea-

tus, non vt alij, ſed omnium acclamatione. *Primam orationem* dixit cõtra Rullum. *Secundam* de lege Agraria. *Tertiã* quę de Attone appellatur. *Quartam* pro Rabirio quæ imperfecta extat. *Quintam* de proſcriptorum filiis, pecunias P. Romano decreuerat. Cic. Macedoniam cum Gallia, quam Antonius collega eius ſortitus erat, commutauit. *Sextam*, quam numerat ad Atticum habuit cùm Prouinciam deponeret. Legem Agrariam tulit, vetabat ea lex biennio quo quis peteret, petiturusve eſſet gladiatores dare; hanc Catilina contra ſe latam firmiter cum animo ſtatuens, propoſuit eum in campo in quo Senatus 12. Kal. Nouemb. indictus erat, trucidare. Hæc cùm ad Cic. relata eſſent iudiciis in aliud prolatis: ipſemet, res externas Q. Metello committens, armata manu in campum deſcendit; hoc cùm ciues viderent, accurrerunt armati. Catilina prima.

Subodoratus Catilina, quod res erat, ſuum nefarium conatum repreſſum, cum coniuratis noctu in M. Porci Læcæ domo conſilium iniuit, duo Equites Romani, ad necem Ciceronis ſe paratos obtu-

obtulere, de quo dolo certior ex Fuluio factus, domum muniit, nullumque à Catilina missum admisit. Senatus ad Iouis Statoris palatium indictus, nullus Senatorum Catilinæ assidere voluit. Cic. surgens primã orationem in Catilinam dixit, quæ fuit septima Consulatus. Fugiẽte Catilina 8. habuit, Q. Hortensius, M. Crassus, ac M. Cic. pro Murena Consule designato dicturi: sciens Cic. Hortensiũ eloquentiæ laude florere, illum superare contendens, nullam partem noctis quieuit: vsque eo vt (nimiis curis ac vigiliis afflictus) inferior Hortensio visus fuerit in actione. Plutarchus in vita Cic. 4. Nonas Allobrogum Legatos tres, principes coniurationis ceperunt, atque annotantibus Scribis coram toto Senatu examinati sunt; tandem Ciceroni conseruatæ Patriæ testimonium dedêre. Patrem Patriæ primò appellauere, quod nomen dein ad Imp. deriuauit. Templa Deorum patefaciunt; Ciceronem noctu omnes ciues videre exoptant: sacra in eius domo Bonæ Deæ à muliebribus Vestalibus fiebant, ac orationem Cat. 3. consulatus 9. habuit. De reis consiliũ inierunt, in quo Decimam Consularem

dixit, cum tandem ad M. Catonem Tribunum plebis peruenisset: tanta vi ingenij in coniurationem inuectus est, vt omnes de interficiendis coniuratis in suam sententiam traxerit: hæc addens. Se quod Senator, quod liber, quod viueret, &c. Ciceroni acceptum referre. Põpeius, bello Mithridatico confecto, Cic. salutans, ait: eius beneficio se patriam reuisurum, Catulus, &c. eum Patrem Patriæ frequenti Senatu compellarunt.

XLV. Consules Iunius Silanus. L. Licinius Murena à quibus lex Iunia Licinia lata est: qua vt leges trinundino die promulgarentur, pœna adiecta, cauebatur.

Catilina in agro Pistoriensi ab Antonio cæsus est. Metellus Tribunus plebis concionem ad populum habens de Cic. conquestus est, hic suum factum, oratione illa quæ pro Publio Sylla extat, defendit. Clodius (Pompeiæ vxoris Cæsaris amore captus) in domum Bonæ deæ vestibus muliebribus se inserere conatus fuit, sed ab ancilla ex loquela proditus, è domo eiectus est.

XLVI. Clodius accusatus negauit se in vrbe fuisse, quod Cic. refutauit, dicens

cens ſibi eodem tempore adfuiſſe. Cæſar vxorem dimittit. Q. Tullio Cic. M. Fratri Prætori prouincia, Aſiæ obtigit. Al. Lucinium Gracchum defendit. Pompeius ter triumphum de Mithridate retulit, terque triumphauit. Cæſar in Hiſpania Prætor.

XLVII. P. Clodius Tribunatum petit, ſed ei Quintus Cœlius Metellus, licèt eius conſanguineus, recuſauit. Idibus Martij Cicero anni conſulatus ſui Græcè compoſitum ad Atticum mittit librum.

XLVIII. L. Valerius Flaccus à D. Cœlio accuſatus repetundarum, à Cic. & Hortenſio defenſus eſt. Cæſari qui conſulem agebat Illyricum & Gallia obtigit: ad hãc Ciceronem Legatum exoptabat; plurimas leges Cæſar tulit. Cic. epiſt. Primam & ſecũdam ad fratrem ſcribit, &c.

XLIX. L. C. Piſo, & C. A. Gabinius conſules: quos non conſules, ſed latrones Cic. pro Sextio ait. Publius Clodius Tribunus plebis, ea cautione à Põpeio creatus ne quid in Cic. moliretur: occultè tamen edidit, vt interfectori ciuis Romani igne & terra interdiceretur; quòd Cicero aduertens cùm Senatoribus, ac 20. millibus

bus nobilium veſtem mutauit. Clodio, ſe ſupplicẽ obtulit, at probris reiectus, ſtercoribus petitur: vrbe ceſſit, quod vt Clodius audiuit ei 369. millibus ab vrbe interdixit. Mineruam pro cuſtode vrbis ad Capitolium deportauit. Brunduſium nauigans aliquoties, fluctibus reiectus; tandem vrbem intrans terræ motus factus, quem breuis reuocationis indicium aruſpices dixêre. hic 22. ad Atticum ac plurimas ad familiares literas ſcripſit.

Cn. Plancus eum 7. menſes retinuit; priori tempore apud Vibonem Siculum fuerat. Agentibus omnibus prope de reuocatione Ciceronis: Clodius etiam Põpeium ſica interficere conatur.

L. P. Cornelius Lentulus conſul creatus de Ciceronis reditu, Pompeio coadiutore, ſtrenuè agit, quem Clodius magna ſtrage facta impedire conatus eſt: ac Q. Cicero inter cadauera in foro repertus. Senatus ciuitatibus, quæ Ciceronem ſuſceperant, gratias egit, in præſentia totius Italiæ omnes 40. Senatores Ciceronem reuocandum cenſuerũt, prę-ter vnum Clodium. Legatis obuiam miſſis, ludis inſtitutis, eodem die, quo natus, inaudita P. R. acclamatione, Romam

hume-

humeris Italiæ reportatus fuit, ſequentique die gratias Senatui agẽs, orationes pro domo ſua habuit. vide epiſtolam 1. ad fratrem.

L I. Vt Lentulo Ptolemæi reductio decerneretur alaborauit lib.1.ad fam. Milonem contra Clodium Ædilem defendit. Pro Sextio orationem. Armata manu Capitolium ingreditur; tabulas de exilio ſuo ibidem à Clodio affixas eripuit, quod Catoni diſplicuit. Balbum iure in ciuem recipi oſtendit. Prodigia plurima facta, ſtatua Deæ Iunonis verſa eſt, lupus vrbem intrauit, terræ motio, ciues fulmine tacti &c. Aruſpices hæc ideò accidere dixerunt, quia loca ſacra prophanarentur, quod Cicero refellit, quia, & ipſe, domum ſacram incolebat.

L I I. In Piſonem dixit, tres libros de Oratore conſcripſit. Pompeius ludos magnificos inſtituit. M. L. Caſſus diris contemptis apud Ephratem ſuo exercitu deleto periit.

L I I I. Defendit abſentem Craſſum. peregrè in Cumanũ profectus Politica ſcribere inſtituit. Reatinorum 10. cauſas contra Interamnates egit. Meſſium ac Druſum defendit. Ad Trebatium

ſcribit

ſcribit. Pro Vatinio ac Planco, dixit. Cæſar exercitum Britannia deportans, audiuit filiam ſuam vita, quæ Pompeio nupta fuerat, diſceſſiſſe. lib. 3. ad fratrem. ac poſtremos libros 4. ad Atticum ſcripſit, Gabinium ex ſummo periculo eripit.

L I V. Conſules propter interreges ante 7. menſem non regnarunt. M. Craſſo vna cùm filio interfecto, Cicero à toto Collegio Augur, factus eſt.

L V. Clodius Miloni obuiam factus interfectus eſt. Pompeius M. tertio conſul ſine Collega ab Interrege Sex. Sulpitio, V. Kal. Martij, creatus eſt: leges tulit alteram de vi; alteram de ambitu, & formã iudiciorum, quæ vno die, duabus ab accuſatore; tribus verò horis à defenſore, orationem perfici iubebat. Cicero orationem pro Milone contra Clodium habuit, ſed exceptus acclamatione Clodianorũ, contigit vt non ſolita conſtantia diceret: quàm poſtmodum nihilominus calamo perfecit. Pompeius Corneliam P. Metelli Scipionis filiam vxorem duxit. Plancus Burſa à Cicerone accuſatus, à Cneo Pompeio defenſus, condemnatus fuit.

L V I. De legibus ſcripſit, ad Ciliciam prouin-

prouinciam 12.peditũ 2. millibus equitum profectus. Parthi Syriam inuaſerunt, Antiochiam obſidebant,quos ille partim fugauit partim trucidauit: ac cùm hoſtis ſe in monte Amanum prope Tarſum collegiſſet,huius rei commonefactus;eo caſtra mouit, eóſque cęcidit. Pindeſum 57. oppugnationis die cepit. Varias literas ſcripſit ad Appium prędeceſſorem,&c.

LVII. Varias literas Romam ad ſenatum, & amicos de re à ſe bene geſta ſcripſit. Laodiceæ forum Diœceſium agit:Athenis libenter commoratur.Romam inteſtino bello inflammatam reuertitur.

LVIII. Honorificè reuertens ſuſcipitur multa de pace componenda vltro citroque agit,deſcriptis Italiæ regionibus Ciceroni Capua obtigit.Cæſarem Romam proficiſcentem conuenit. 7. idus Iunij ad Pompei partes in Græciam nulla vi coactus,ex mera imprudentia,quod ei aduentanti Cato obiicit ipſemétque fatetur,conceſſit, quia Pompeius nulla magna in re ipſius opera vtebatur.

LIX. Cæſar in Epirum contra Pompeium traiecit:ac ſuperato apud Theſſa-
lium

lium Pompeio. Cic. propter aduersam valetudinẽ bello non interfuit, in castris, manens, vt dicitur in Epitome Liuij. vir nihil minus quam ad bella natus. quod aduertens Cato. 15. cohortes apud Dyrrachium habens, Ciceronem bello præficere voluit; hoc recusans proditionis suspectus, pene interemptus fuisset, nisi Cato eum clam è castris remouisset: quare in Italiam proficiscens, M. Antonium Brundusij conuenit, qui ei magnam gratiam præstitit.

LX. Cicero, Cæsari, Tarenti ex Ægypto opinione celerius appellanti, obuiam processit, hic eum ex longinquo videns de equo descendit, familiariter cum eo locutus. Romam perrexit.

LXI. Consul III. Iulius Cæsar ad Africum bellum, aduersus Scipionem & Iubam proficiscitur. conquiescit Cic. Romę in studiis, varias scripsit Epist. De claris oratoribus, vitam Catonis, qui deuicto Pompeio mortẽ sibi ipsi Vticæ consciuit. Marc. Marcellum, Ligurium cum Cæsare in gratiam restituit. Cæsar Fastos correxit, Contra Pompei M. filium in Hispaniam proficiscitur. Cicero cum Terentia vxore diuortium facit, quæ Vibio

bio Rufo nupta 103. ætatis annum explenit, neque desunt qui eam Salustio nupsisse scribant.

LXII. Publiam diuitem in re familiari vxorem duxit. Tullia ex partu mortua, ab Attico Lucio ac ipso Cæsare ideo consolatus; atque his dolor nil minutus librum quæ consolatio dicitur conscripsit. Hortensium, in quo philosophiæ dignitatem aduersus præfatum defendit, contexuit, quam Augustinus legens se ad veræ philosophiæ contemplationem accensum testatur. Torquatus commoratus Athenis Ciceronem de Marcello certiorem facit. Cæsar Pompei filios deuicit, (è quibus Sextus profugit, Cneus vi interfectus est) quo reuerso ex Hispania dixit pro Deiotaro.

LXIII. Iulius Cæsar Consul V. Cicero libros 5. de Natura Deorum, totidem de Tusculanis quæstionibus conscripsit. Cæsar Dolabellam sibi subrogare voluit; cui restitit Antonius. Idibus Martij I. Cæsar à coniuratoribus 22. plagis confossus, quo facto Brutus acclamauit Ciceroni, libertatem recepimus, cuius consilij tamen Cic. Plutarcho teste, inscius fuit; quamquam Antonius id affirmarit.

marit. Aufugientibus coniuratis Cicero rus conſcendit: vbi tres libros de Natura Deorum: de Diuinatione, ac Senectute conſcripſit. Plebs Columnam Cæſari 20. pedum erigit, eique ſacrificium offert, cum hac inſcriptione, *Patri Patriæ*, quam Dolabella demoliri curauit; murmurrantibus ciuibus: approbante Cicerone. Dolabella in Conſulatu Cæſaris loco ſuffectus eſt; in Imperio C. Octauius amicis renitentibus, mutatoque nomine, C. Iulius Cæſar vocatus eſt. Aulus Hirtius Conſul creatus cum Cicerone in Puteolano fuit, ibidemque ſermonem de Fato habuit. Item putatur de Timæo Platonis commentarium: qui liber de V. vniuerſalibus inſcribitur: exaraſſe. cum ab vrbe abeſſet videtur aggreſſus ſcribere de officiis. Velam proficiſcens in ipſa nauigatione Topica è memoria conſcripſit: item ad Atticum duos libros de gloria: tandem Romam reuerſus ab Antonio in Curiam vocatus cum ſe propter itineris defatigationem excuſaret: Antonius milites, niſi Senatores intercesſiſſent, ad eius domum ſolo adæquandam: miſiſſet. Poſtero die in ſenatum venit abſente Antonio. Primã Philippicã orationem

nem habuit.Consules ad moderatè Rempublicam administrandam adhortatur. quo audito Antonius ira incensus inimicitias ei denunciauit, 13. Kal. Octob. in Senatu Cic. adesse iussit: huic, cum hoc per amicos nō liceret, scripto respondit, quæ oratio dicitur Philippica secūda. Tū Antonius obuiam profectus quatuor legionibus Cæsaris, quæ cum ei militare nollent, Centuriones domum suam vocans, eos iugulari præcepit. Cic. Philipp. tertia. 5. & 13. ad Attic. Cicero rusticatur. scripsisse putatur Paradoxa. Antonius in Galliam ad Brutum profectus repulsam passus est. 13. Kal. Ianua. Cic. frequenti Senatu, vt Octauiani gesta approbarentur, dixit. Deinde in Concionem progressus, quid in Senatu actum populo exposuit, Philippica quarta.

LXIV. Consul: Vibius Pansa, & Aulus Hirtius. Cic. *Philipp. quinta* suadet Antonium bello persequendum, sed nihil confectum est. Legati cum mandatis, ad Antonium missi. *Philipp. sexta*; Exercitus traditus est Cæsari *Philippica septima*. Pacem dissuadet. *Philipp. octaua.* contra eos qui pacem suadebant. *Philipp. 9.* & Sulpicio statuam ponendam suasit. Brutus in Græ-

ciam

ciam proficiſcens Ciceronis filium (qui cum aliis Romanis nobilibus Athenis ſtudiis inſiſtebat) equitibus præfecit; feliciter C. Antonium ſuperauit, cum quo nimis benignè egit. Interim de morte Cn. Trebatij nuntium allatum eſt, quem Dolabella Smyrne interfecit Kal. April. Contra Q. Friſium qui Brutum oppugnabat Cic. dixit PHILIP. X. Cùm poſtridie (poſtquàm hoſtis à Senatu Dolabella eſſet iudicatus) de ſubrogando Imperatore ageretur: Cicero aliis ſententiis refutatus, C. Caſſio illam prouinciam PHILIPP. XI. adiudicauit; tandem decreuit Senatus vt Ciceronis Minerua cuſtos vrbis reſtitueretur. Deinde oblata pace ab Antonio, M. Æmilio Imperatore eam ſuadente, ac ſenatu Ciceronem legatum decernente; eam PHILIPP. XII. diſſuaſit. Pacem cum Antonio eſſe non poſſe *Philipp.* 13. docet. Panſa contra Antonium proficiſcens eum ad Mutinam, 12. Kal. Maij ſuperauit, paucis poſt diebus P. Apulleius tribus quatuórve horis de laude Ciceronis dixit, magnóque plauſu in Capitolium deductus eſt. 10. Kal. Maij. *Philipp.* 14. habuit, in qua ſupplicationem trium Imperatorũ Panſæ,

ſæ, Hirtij, ac Cæſaris ob Antonium ſuperatum decernit, qui in prælio ceciderant, eos laudat. Hirtio in prælio occiſo: paucis poſt diebus Panſa ex vulnere Bononiæ vita diſceſſit: fama percrebuit Ciceronem conſulem factum: ad Brutũ, Plancum de perſequẽdo Antonio ſcribit. Antonius ad Lepidum confugiens primo, repulſam paſſus, tandem ſuſceptus: Lepidus à ſenatu hoſtis iudicatus eſt quàm coniunctionem audiens Cæſar, ſeſe propter adoleſcentiam contemni aiens, toga abiecta ad eos ſe deportauit: ac ad ſenatum 40. milites petentes pro ſe conſulatum miſit, morantibus nonnihil Senatoribus Cornelius Centurio princeps horum, reiecto ſagulo oſtendens gladij capolum, non dubitauit in curia dicere. *Hic faciet ſi non feceritis vos.* militibus re infecta reuerſis ad Octauium, Antonium & Lep. cum exercitu in Italiam accerſiuit. Cic. non lõgè poſt ad Octauium ſe confert, qui exercitum hoſtiliter ad vrbem mouet, Conſul ſecundum annales Plutarchi 19. ætatis anno creatus. Ex lege Pedia eius collega omnibus qui Iul. Cæſarem Patrem interfeciſſent, aqua ignique interdictum eſt: pace cum Anto-

nio ac Lepid. inita Imperium inter se vt possessionem diuiserunt. Cæsar vtramque Africam cùm Sicilia ac Sardinia. Lepidus Hispanias & Galliam Narborensem, Antonius reliquas Gallias possedit: ac conueniunt inter se vt Triumviri per triennium essent, donec quisque suos inimicos proscriberet: proscriptis Senatoribus 130. Bononiæ de Ciceronis proscriptione consultarunt, cui Cæsar tribus cũ restitisset diebus, demum in eorum sententiam iuit. Ciceronem Cæsar. L. Paulum fratr. Lepidus, L. Cæsarem Auunculum Antonius proscribi permisit. Cicero id quod res erat suspicatus cum Q. & Marco aufugit: Quintus autem propter rerum inopiam Romam repetit, ac in reditu cum filio (vno ante alium mori gestiente) interfectus est. Cicero proscriptioñe audiens, ex Tuscul. ad Brutũ fugere in animo habuit: sed maris æstu diu multũque agitatus, vela verti iussit, dicẽs *Moriar in patria sæpe seruata.* se quieti tradens eovsque a coruis vexatus fuit, donec occisores adesse serui nunciarent. capútque præbente (Herennius & Popillius Tribunus olim Parricidij reus à Cicerone defensus,) ei caput amputauit. quod

quod vim Antonio Lænas Popillius in foro sedenti obtulisset lætatus HS.decies centena millia ei in præmium dedit, ac pro rostris poni iussit. Fuluia caput, in terram proiiciens, linguam extraxit, ac acubus, multis probris additis, punxit.

Epitome Liuij habet Ciceronem 63. anno ætatis suæ occisum.





CATALOGVS PONTIFICUM ex Cardinale Baronio, Bellarmino, Anastasio Bibliothecario, aliisque optimæ notæ scriptoribus collectus & correctus, ac secundum secula distinctus.

1 S. Petrus.
2 S. Linus.
3 Cletus *secundū* Hie*ronymum, Irenæum, Euseb. At Optatus & S. Aug. Anacletum faciunt* 3.
4 Clemens.

ANNO CHRISTI. 100.

5 Anacletus.
6 Euaristus.
7 Alexander.
8 Sixtus 1.
9 Telesphorus.
10 Hyginus.
11 Pius.
12 Anicetus.
13 Soter.
14 Eleutherius.
15 Victor.

ANNO 200.

16 Zepherinus.
17 Calistus.

18 Vrbanus.
19 Pontianus.
20 Anterus.
21 Fabianus.
22 Cornelius.
23 Lucius.
24 Stephanus.
25 Sixtus II.
26 Dionysius.
27 Felix.
28 Eutychianus.
29 Caius.

ANNO 300.

30 Marcellinus.
31 Marcellus I.
32 Eusebius.
33 Miltiades.
34 Sylvester.
35 Marcus,
36 Iulius.
37 Liberius.
38 Felix. II

Leonem, quendam fingit hic Vincentius in speculo & Conradus Halberstad.

39 Damasus.
40 Siricius.
41 Anastasius.

ANNO 400.

42 Innocentius.
43 Zozimus.
44 Bonifacius.
45 Cœlestinus.
46 Sixtus III.
47 Leo.
48 Hilarius.
49 Simplicius.
50 Felix III.
51 Gelasius.
52 Anastasius II.
53 Symmachus.

ANNO 500.

54 Hormisda.
55 Ioannes I.
56 Felix IV. Hunc omittit in suo catalogo Papirius.
57 Bonifacius II.
58 Ioannes II.
59 Agapitus.
60 Syluerius.
61 Vigilius.
62 Pelagius.
63 Ioannes III.
64 Benedictus.
65 Pelagius II.
66 Gregorius.

ANNO 600.

67 Sabinianus.
68 Bonifacius III.
69 Bonifacius IV.
70 Deus dedit.
71 Bonifacius V.
72 Honorius.
73 Seuerinus.
74 Ioannes IV.
75 Theodorus.
76 Martinus.
77 Eugenius.
78 Vitalianus II.
79 Adeodatus.
80 Donnus.
81 Agatho.
82 Leo II.
83 Benedictus II.
84 Ioannes V.
85 Conon.
86 Sergius.

ANNO 700.

87 Ioannes VI.
88 Ioannes VII.
89 Sisinnius,
90 Constantinus.
91 Gregorius II.
92 Gregorius. III.
93 Zacharias.
94 Stephanus II. dictus 3. qui à Papirio omittitur.
95 Paulus.
96 Stephanus III. dictus IV.
97 Adrianus.

98 Leo III.

ANNO 800.

99 Stephanus IV.
100 Paſchalis.
101 Eugenius II
102 Valentinus.
103 Gregorius IV.
104 Sergius II.
105 Leo IV.
Ioannes hic quidam Anglicus ſecundum Platanæ, Martini Poloni ac Chronicę anno 1493 Nurbergæ editę ſentẽtiam interponitur, quæ tamen iam pridẽ à ſanioribus ſcriptoribus exploſa eſt.
106 Benedictus III.
107 Nicolaus I.
108 Hadrianus II.
109 Ioannes VIII. aliis 9.
110 Mannus
111 Hadrianus III.
112 Stephanus V.
113 Formoſus.
114 Bonifacius VI.
115 Stephanus VI.

ANNO 900.

116 Romanus.
117 Theodorus II. } *omittuntur à Cardinale Bellarmino.*
118 Ioannes IX.
119 Benedictus IV.
120 Leo V.
121 Chriſtophorus
122 Sergius III.
123 Anaſtaſius III.
124 Lando.
125 Ioannes X.
126 Leo VI.
127 Stephanus VII.
128 Ioannes XI.
129 Leo VII.
130 Stephanus VIII.
131 Marinus II.

132 Agapitus II.
133 Ioannes XII.
134 Leo VIII.
135 Benedictus V. *vter alteri præponẽdus? consule scriptores, qui inter se discrepant.*
136 Ioannes XIII.
157 Donnus II.
138 Benedictus VI.
139 Bonifacius VII. qui non recensetur à Bellarmino.
140 Benedictus VII.
141 Ioannes XIV.
142 Ioannes XV. qui omittitur à Baronio.
143 Ioannes XVI. *hic non ponitur in Catalogo consiliorum, Pontificium, Imperatorũ, sed nõ scio cuius auctoris.*
144 Gregorius V.
145 Ioannes XVII.
146 Syluester II.

ANNO 1000.

147 Ioãnes XVIII.
148 Ioannes XIX.
149 Sergius IV.
150 Benedictus VIII.
151 Ioannes XX.
152 Benedictus IX.
153 Syluester III.
154 Gregorius VI.
155 Clemens II.
156 Damasus II.
157 Leo IX.
158 Victor II.
159 Stephanus IX.
160 Benedictus X.
161 Nicolaus II.
162 Alexander II.
163 Gregorius VII. aliàs Hildebrandus dictus.
164 Victor III.
165 Vrbanus II.
166 Paschalis II.

ANNO 1100.

167 Gelasius II.
168 Calistus II.
169 Honorius II.
170 Innocentius II.
171 Cælestinus II.
172 Lucius II.
173 Eugenius III.
174 Anastasius IV.
175 Adrianus IV.
176 Alexãder III.
177 Lucius III.
178 Vrbanus III.
179 Gregorius VIII.
180 Clemens III.
181 Cælestinus III.
182 Innocentius III.

ANNO 1200

183 Honorius III.
184 Gregorius IX.
185 Cælestinus IV.
186 Innocentius IV.
187 Alexander IV.
188 Vrbanus IV.
189 Clemens IV.
190 Gregorius X.
191 Innocentius V.
192 Adrianus V.
193 Ioannes XXI.
194 Nicolaus III.
195 Martinus II.
196 Honorius IV.
197 Nicolaus IV.
198 Cælestinus V.
199 Bonifacius VIII.

ANNO 1300.

200 Benedictus XI.
201 Clemens V.
202 Ioannes XXII.
2 3 Benedictus XII.
204 Clemens VI.
205 Innocẽtius VI.
206 Vrbanus V.
207 Gregorius XI.
208 Vrbanus VI.

209 Bonifacius IX.

ANNO 1400.

210 Innocentius VII.
211 Gregorius XII.
212 Alexander V.
213 Ioãnes XXIII.
214 Martinus III.
215 Eugenius IV.
216 Nicolaus V.
217 Calistus III.
218 Pius II.
219 Paulus II.
220 Sixtus IV.
221 Innocentius VIII.
222 Alexander VI.

ANNO 1500.

223 Pius III.
224 Iulius II.
225 Leo X.
226 Adrianus VI.
227 Clemens VII.
228 Paulus III.
229 Iulius III.
230 Marcellus II.
231 Paulus IV.
232 Pius IV.
233 Pius V.
234 Gregor. XIII.
235 Sixtus V.
236 Vrbanus VII.
237 Gregorius XIV.
238 Innocẽtius IX.
239 Clemens VIII.

ANNO 1600.

240 Leo XI.
241 Paulus V.



TYRONI AVCTOR ſum vt ſe prius in nominibus Imperatorum exerceat, eaque arti applicet, quam nomina Pontificum aggrediatur: nam longe facilius & felicius in illis quam in hiſce ſuccedet. Cuius Catalogum (vt ex optimis quibuſque auctoribus eum iam pridem collegi) hûc adiicere non abs re tua futurum iudico.

CATALOGVS IMperatorum.

1 Iulius Cæſar.
2 Auguſtus.
3 Tiberius.
4 Caius.
5 Claudius.
6 Nero.
7 Galba.
8 Otto.
9 Vitellius.
10 Veſpaſianus.
11 Titus.
12 Domitianus.
13 Nerua.

ANNO 100.

14 Traianus.
15 Hadrianus.
16 Antoninus.
17 M. Aurelius & L. Verus.
18 Commodus.
19 Pertinax.
20 Didius Iulianus.
21 Seuerus.

ANNO 200.

22 Antoninus Caracalla.
23 Macrinus.
24 Heliogabalus.
25 Alexander Seuerus.
26 Maximinus.
27 Maximus & Balbinus.
28 Gordianus.
29 Philippus.
30 Decius.
31 Gallus, & Volusianus.
32 Valerianus & Gallienus.
33 Claudius.
34 Aurelianus.
35 Tacitus.
36 Florianus.
37 Probus.
38 Carus.
39 Diocletianus & Maximianus.

ANNO 300.

40 Constantius & Galerius.
41 Constantinus Magnus.
42 Constantinus Iunior.
43 Constans.
44 Constantius.
45 Iulianus.
46 Iouianus.
47 Valens.
48 Theodosius.
49 Archadius.

ANNO 400.

50 Theo

50 Theodoſius Iunior.
51 Marcianus.
52 Leo.
53 Zeno. *Baſiliſcus occupat imperium, & tenet annis fere duobus deinde iterum imperat Zeno.*
54 Anaſtaſius.

ANNO 500.

55 Iuſtinus.
58 Iuſtinianus.
57 Iuſtinus Iunior.
58 Tiberius II.
59 Mauritius.
60 Phocas.

ANNO 600.

61 Heraclius.
62 Conſtans.
63 Conſtantinus Pogonatus.
64 Iuſtinianus Iunior.
65 Leontius.
66 Aaſimarus Tiberius.

ANNO 700.

67 Iuſtinianus Iunior *iterum.*
68 Philippicus.
69 Anaſtaſius.
70 Theodoſius.
71 Leo Iſauricus.
72 Conſtantinus Copronymus.
73 Leo III.

ANNO 800.

74 Carolus Magnus, *qui imperium tranſtulit ad Francos.*
75 Ludouicus Pius.
76 Lotharius.
77 Ludouicus II.
78 Carolus Caluus.
79 Ludouicus III.
80 Carolus Craſſus.
81 Arnulphus.

ANNO 900.

82 Ludouicus IV.
83 Conradus.
84 Henricus.
85 Otto II.
86 Otto III.
87 Otto IV.

ANNO 1000.

88 Henricus II.
89 Conradus II.
90 Henricus III.
91 Henricus IV.

ANNO 1100.

92 Henricus V.
93 Lotharius II.
94 Conradus III.
95 Fridericus Ænobardus.
96 Henricus VI.

ANNO 1200.

96 Philippus.
97 Otto V.
99 Fridericus II.

Imperium Vacat annis 28.

100 Rudolphus.
101 Astaulphus.
102 Albertus.

ANNO 1300.

103 Henricus VII.
104 Ludouicus IV.
105 Carolus IV.
106 Venceslaus.

ANNO 1400.

107 Robertus.
108 Sigiſmundus.
109 Albertus II.
110 Fridericus III.
111 Maximilianus.


ANNO 1500.

112 Carolus V.
113 Ferdinandus II.
114 Maximilianus II.
115 Rudolphus II.

ANNO 1600.

116 Matthias.

FINIS.



REGES FRANCIÆ.

1 Pharamundus.
2 Clodio.
3 Meroueus.
4 Childericus.
5 Clodoueus.
6 Childebertus.
7 Clotarius.
8 Cherebertus.
9 Chilpericus.
10 Clotarius II.
11 Dagobertus.
12 Clodoueus II.
13 Clotarius III.
14 Childericus II.
15 Theodoricus.
16 Clodoueus III.
17 Childebertus II.
18 Dagobertus II.
19 Clotarius IV.
20 Chilpericus II.
21 Theodoricus II.
22 Chilpericus III. *hîc generatio Regum descendentium à Pharamundo deficit.*
23 Pipinus.

24 Carolus Magnus.
25 Ludouicus.
26 Carolus II. *dictus Caluus.*
27 Ludouicus II *dictus Balbus.*
28 Carolomanus.
29 Ludouicus III. dictus Deses.
30 Odo.
31 Carolus III. dictus Simplex.
32 Rudolphus Burgundus.
33 Ludouicus IV. dictus Vltramarinus.
34 Lotharius.
35 Ludouicus V. Generatio Pipini deficit.
36 Hugo Capetus.
37 Robertus.
38 Henricus.
39 Philippus.
40 Ludouicus VI. dictus Crassus.
41 Ludouicus VII. dictus Iuuenis.
42 Philippus II. dictus Augustus vel Deodatus.
43 Ludouicus VIII.
44 Ludouicus IX.
45 Philippus III.
46 Philippus IV. dictus Pulcher.
47 Ludouicus X. dictus Hutrinus.
48 Philippus V. dictus Longus.
49 Carolus IV. dictus Pulcher.

50 Philippus Valesius VI.
51 Ioannes.
52 Carolus V.
53 Carolus VI.
54 Carolus VII.
55 Ludouicus XI.
56 Carolus VIII.
57 Ludouicus XII.
58 Franciscus.
59 Henricus I.
60 Franciscus II.
61 Carolus IX.
62 Henricus III.
63 Henricus Magnus IV.
64 Ludouicus XIII.

Vt



Vt habeas exempla, in quibus Dialogum de verbis ignotis exercere poſſis. Ecce Reges Poloniæ quorum nomina ferè omnia nobis exteris ignota ſunt.

1. Lech. *alias Lechus* I.
2. Cracus I.
3. Cracus II.
4. Lechus II.
5. Venda. *Virgo.*
6. Premiſlaus. *aut Leſco.*
7. Leſcus *vel Leſzczek* I.
8. Leſcus II.
9. Leſcus III.
10. Popelus *ſeu Pompilius* I.
11. Popelus *ſeu Pompilius* II.
12. Piaſtus.
13. Lemouitus.
14. Leſcus IV.
15. Lemomiſlaus.
16. Mieſco. *vel Mieczyslaus. I. primus Chriſtianus.*
17. Boleſlaus. I. *dictus* Chrabrij.

Mieſco

18 Miesco *vel Mieczyslaus.* II.
19 Casimirus. I.
20 Boleslaus. II. *dictus Audax.*
21 VVladislaus. I. *dictus Hermanus*
22 Boleslaus III. *dictus Krzyvuoustij.*
23 Vvladislaus II.
24 Boleslaus. III. *dictus Crispus.*
25 Mieczyslaus *vel Miesco.* III. *dictus Senex.*
26 Casimirus. II. *dictus Iustus.*
27 Lesco V. *dictus* Albus.
28 Boleslaus V. *dictus* Pudicus.
29 Lesco VI. *dictus Niger.*
30 Henricus I. *dictus Probus.*
31 Premislaus.
32 Vvladislaus. III. *dictus Lokietek, hic ab ordinibus Regni degradatur, eique*
33 Vvenceslaus *Rex Bohemiæ substituitur, attamen post huius mortem, ex consensu ordinum Regnum iterum recipit.*
34 Casimirus Magnus II.
35 Ludouicus.
36 Heduigis. Virgo.
37 Iagello, *qui in Baptismo Vvladislaus IV. dictus.*
38 Vvladislaus V.
39 Casimirus IV.
40 Ioannes Albertus.

41 Alexander.
42 Sigiſmundus I.
43 Sigiſmundus Auguſtus II.
44 Henricus II.
45 Stephanus.
46 Sigiſmundus III.

Appo



APPOSVI HÆC MAGIS TRITA TVRSICÆ LINGuæ verba ne tibi desit materia regulas vocabulorum non intellectorum exercendi.

1 Allah,	*Deus.*
2 Feriste,	*Angelus.*
3 Pegamber,	*Sanctus.*
4 Irretsul,	*Propheta.*
5 Gugh.	*Cœlum.*
6 Vtsmach,	*Paradisus.*
7 Gunes,	*Sol.*
8 Ay,	*Luna.*
9 Iulduz,	*Stella.*
10 Gil,	*Annus.*
11 Ay,	*Mensis.*
12 Hauta,	*Septimana.*
13 Gun,	*Dies.*
14 Kes	*Hiems.*
15 Tsoch,	*Frigus.*
16 Kar,	*Nix.*
17 Buz,	*Glacies.*
18 Iagmur,	*Pluuia.*
19 Dolu,	*Grando.*

Calidum

20 Itſigſialz, *Calidum.*
21 Tſabah, *Mane.*
22 Dil, *Meridies.*
23 Akſam. *Veſperi.*
24 Gegſe, Nox.
25 Karanlih, *Tenebræ.*
26 Aidanlih, *Lumen Lunæ.*
27 Oth, *Ignis.*
28 Num, *Candela.*
29 Dunye, *Mundus.*
30 Toprack, *Terra.*
31 Denyus, *Mare.*
32 Sſuy, *Aqua.*
33 Balok, *Piſcis.*
34 Yelan, *Serpens.*
35 Dagh, *Mons.*
36 Tas, *Lapis.*
37 Alton, *Aurum.*
38 Gumis, *Argentum.*
39 Bacher. *Æs.*
40 Yſar, *Æſtas.*
41 On, *Plumb m.*
42 Iuruk, *Annulus.*
43 Demir, *Ferrum.*
44 Athſe, *Denarius.*
45 Pul, *Aſſer.*
46 Adam, *Homo vel Vir.*
47 Aurath, *Femina.*

48 Baba,	*Pater.*
49 Ana,	*Mater.*
50 Oglu,	*Filius.*
51 Kez,	*Filia.*
52 Kardes,	*Frater.*
53 Erkech,	*Masculus.*
54 Disi,	*Femella.*
55 Ioldas,	*Socius.*
56 Ygit,	*Persona.*
57 Ghents,	*Iuuenis.*
58 Kogsa,	*Senex.*
59 Kul.	*Seruus.*
60 Halaik,	*Ancilla.*
61 Gsan,	*Animus.*
62 Achli,	*Memoria.*
63 Gungli,	*Spiritus.*
64 Fichir,	*Mens.*
65 Iuregh,	*Cor.*
66 Bas,	*Caput.*
67 Guz,	*Oculi.*
68 Dis,	*Dens.*
69 Nief,	*Lingua.*
70 Agzi,	*Os oris.*
71 Burn,	*Nasus.*
72 kulagh,	*Auris.*
73 Sakal,	*Barba,*
74 Eli,	*Manus.*
75 Parmach,	*Digitus.*

76 Dernak,	*Vnguis.*
77 Aiag,	*Pes.*
78 Hasſ,	*Venter.*
79 Beg,	*Dominus.*
80 Tſelebi,	*Nobilis.*



Per

PEr actum publicum coram Notario iurato. D. Ioannes à Paëpp Galbaicus. author præſentis libri, cedit, & reſignat D. Bartholomæo Vincentio ciui & Bibliopolæ Lugdunenſi Priuilegium Cæſareum & omnia iura, tam præſentia quam futura, quæque habet & habere poterit, idq́; per ſpatium decem annorum inchoando & computando ab ipſo die quo Impreſſio fuerit abſoluta.

Extraict du Priuilege du Roy.

SVyuãt le priuilege & mãdemẽt de S.M. à tous Preuoſts des terres de ſon obeiſſance & à tous ſes amés Iuſticiers & Officiers, & à chacun d'eux ainſi qu'il appartiendra, eſt permis à Barthelemy Vincent Marchand Libraire à Lyon, d'Imprimer vendre & debiter les liures intitulez. *Fundamenta Artificialis memoriæ. Vita Ciceronis in Epitomen ſecundum artem Mnemonicam redacta.* Et *εἰσαγωγὴ ſeu introductio in Artificioſam memoriam.* durant le temps & eſpace de neuf ans à commencer du iour & datte de ladite Impreſſion paracheuée, auec deffences à toutes perſonnes de quelque eſtat, vacation & condition qu'ils ſoyent d'en vendre ou debiter ny d'en eſtre ſaiſi d'vn ou pluſieurs exemplaires autres que de ceux, Imprimés par ledit Vincent à peyne de confiſcation des exemplaires, & autres peines portées par iceluy, qui fuſt donné à Paris les iour, mois & an y contenu, Signé & deuement ſeellé du grand ſeel de cire iaune.

Acheué d'Imprimer le dixieme Mars 1618.